1532. d. 22. 8bris

Sigismundus Rex Poloniae.
Marco Veneto Monacho Commissario
Franciscanor.

74

Venerabilis et Religiose Pater devote Nobis dilecte.

Defertur sepe ad Nos quod bona Virginum in Monasterio Sandecensi Deo dicatar. per malam ad ministrationem, prefector. qui ab illis sine delectu con stituuntur, dispereunt, et in deteriorem in dies Conditio nem redigantur.

Quae bona quoniam scimus Nos a praedecessoribus No stris illi Manasterio esse assignata, nostra interesse du cimus, ne per incuriam et negligentiam, illar. Virginum fructus ad suppeditanda eis alimenta minuantur.

Quare devotam tuam hortamur, et pro Nostra autho ritate, Regia illi mandamus ut illuc ad Manasterium dictar. Virginum, descendens, omnia quae ab illis inu tiliter, in bonis gesta vel constituta, sunt, cum No stra tum sua authoritate revocet. et demum quae ad illar. Commoditatem, et diuturnum, rectum in rebus Ordinem spectare videbuntur, eadem authoritate, statuat, et pro curet, facturа tua Dominatio pro suo officio et Gra tia Nra,

Cracoviae d. 22. Octobris Anno 1532. Regni 26